

te iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, quasi lana alba erunt. Et cap. 58. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius oriatur, & anteibit faciem tuam iustitia tua & gloria Domini colliget te. Quæ omnia una voce clamant, nolle Deum cuiusquam poenitentiam aut orationem acceptare, nisi prius cum proximo in gratiam redeat.

CAPUT XXX.

DE FRUCTIBUS CHARITATIS.

1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est; charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est fastidiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogi-

tat